



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum imprudentia sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

consilij est in beatis, in quantum in eis a Deo continetur cognitio eorum, quae sciunt, & in quantum illuminantur de his, quae nesciunt circa agenda.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etiam in beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem, vel quasi procedentes ex consecutione finis: sicut quod Deum laudant, vel quibus alios pertrahunt ad finem, quem ipsi sunt consecuti, sicut sunt ministeria angelorum, & orationes sanctorum. Et quantum ad hoc habet in eis locum donum consilij.

AD SECUNDUM dicendum, quod dubitatio pertinet ad consilium secundum statum vitae praesentis, non autem pertinet secundum quod est consilium in patria: sicut etiam uirtutes Cardinales non habent omnino eodem actus in patria, & in uia.

AD TERTIUM dicendum, quod consilium non est in Deo sicut in recipiente, sed sicut in dante. Hoc autem modo conformantur Deo sancti in patria, sicut recipiens influenti.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quinta beatitudo, quae est de misericordia, respondeat dono consilij.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod quinta beatitudo, quae est de misericordia, non respondeat dono consilij. Omnes enim beatitudines sunt quidam actus uirtutum, ut supra habitum * est: sed per consilium in omnibus uirtutum actibus diriguntur, ergo consilio non respondet magis quinta beatitudo, quam alia.

¶ 2 Praet. Praecepta dantur de his, quae sunt de necessitate salutis: consilium autem datur de his, quae non sunt de necessitate salutis: misericordia autem est de necessitate salutis, secundum illud Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. Paupertas autem non est de necessitate salutis, sed pertinet ad perfectionem uitae, ut patet Matth. 19. Ergo dono consilij magis respondeat beatitudo paupertatis, quam beatitudo misericordiae.

¶ 3 Praet. Fructus consequuntur ad beatitudines: im portant enim delectationem quandam spiritualem, quae consequitur perfectos actus uirtutum: sed inter actus non ponitur aliquid respondens dono consilij, ut patet Galat. 5. Ergo etiam beatitudo misericordiae non respondet dono consilij.

SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. * de Sermone Domini in monte. Consilium conuenit misericordibus: quia unicum remedium est de tantis malis crui, dimittere alijs, & dare.

RESPON. Dicendum, quod consilium proprie est de his, quae sunt utilia ad finem. Unde ea, quae maxime sunt utilia ad finem, maxime debent correspondere dono consilij. Hoc autem est misericordia, secundum illud 1. ad Timot. 4. Pietas ad omnia utilis est: & ideo specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiae, non sicut elicienti, sed sicut dirigenti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etsi consilium dirigat in omnibus actibus uirtutum, specialiter tamen dirigat in operibus misericordiae, ratione iam * dicta.

AD SECUNDUM dicendum, quod consilium, secundum quod est donum Spiritus sancti, dirigat nos in omnibus, quae ordinantur in finem uitae eterne, siue sint de necessitate salutis, siue non: & tamen non omne opus misericordiae est de necessitate salutis.

AD TERTIUM dicendum, quod fructus importat quidem ultimum. In practis autem non est ultimum in cognitione, sed in operatione, quae est finis: & ideo inter fru-

ctus nihil ponitur, quod pertineat ad cognitionem practicam, sed solum ea, quae pertinent ad operationes, in quibus cognitio practica dirigit, inter quae ponitur bonitas, & benignitas, quae respondet misericordiae.

QVAESTIO LIII.

De Vitijs prudentiae oppositis, in sex articulos diuisa.

¶ Super Quaestio. quinquagesimertia articulum primum.

OSTENDE considerandum est de vitijs oppositis prudentiae. Dicitur n. August. in 4. contra Iulianum, quod omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretionis contraria, sicut prudentiae temeritas: uerum etiam vitia quodammodo, nec ueritate, sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentiae astutia. Primum ergo considerandum est de vitijs, quae manifeste contrarietatem habent ad prudentiam, quae vitia proueniunt ex defectu prudentiae, vel eorum, quae ad prudentiam requiruntur. Secundo, de vitijs quae habent quandam similitudinem fallam cum prudentia, quae contingunt per abusum eorum, quae ad prudentiam requiruntur.

¶ Quia uero sollicitudo ad prudentiam pertinet, circa primum consideranda sunt duo: Primum quidem, de imprudentia: secundo, de negligentia, quae sollicitudini opponitur.

CIRCA primum queruntur sex. ¶ Primo, De imprudentia, Vtrum sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum sit speciale peccatum.

¶ Tertio, De praecipitatione, siue temeritate.

¶ Quarto, De inconsideratione.

¶ Quinto, De inconstantia.

¶ Sexto, De origine horum vitiorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum imprudentia sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Vtrum imprudentia non sit peccatum. Omne n. peccatum est uoluntarium, ut Aug. * dicit: imprudentia autem non est aliquid uoluntarium: nullus enim uult esse imprudens, ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 2 Praet. Nullum peccatum nascitur cum homine, nisi originale: sed imprudentia nascitur cum homine, unde & iuuenes imprudentes sunt: nec est originale peccatum, quod opponitur originali iustitiae, ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 3 Praet. Omne peccatum per pe-

IN quaest. 53. articulum primum, dubium occurrit, An imprudentia praeuiae sit separabilis ab imprudentia contrariae. Et est ratio dubij pro parte negatiua quidem, quia sequeretur cuilibet uirtuti moralis opponi peccatum non solum declinando in contraria uicia, sed in praeuiae oppositum. Par enim est ratio de prudentia, & alijs uirtutibus moralibus. Consequens autem est falsum: quia omnis in temperatus in excessum, aut defectum declinat, & sic de alijs. ¶ Praeterea. Carens in actu suo prudentia, quam debet habere, non minus in contrarium prudentiae incurrit, quam carens modestia, quam debet habere, incurrit contrarium modestiae, & sic de alijs. non est igitur separabilis imprudentia praeuiae ab imprudentia contrariae.

¶ Pro parte uero affirmatiua, quia minus requiritur ad praeuionem, quam contrarium, cum quasi forma positua sit, contingitque imprudente se hominem habere absque omni actu, ut patet cum potest, & debet consilij, & non consilij.

¶ Praeterea. Imprudentia praeuiae est peccatum ex ratione negligentiae, sicut ceterae praeuiones bonorum debitorum: imprudentia autem contrariae, est peccatum ex propria ratione imprudentiae, ut in litera dicitur, ergo non coincidunt, sed separantur. Probatur sequela, quia si coinciderent, sequeretur, quod etiam imprudens praeuiae peccaret secundum propriam rationem imprudentiae, & non solum secundum rationem negligentiae.

Lib. de uera relig. ca. 14. tom. 7.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, quod imprudentia privative dupliciter sumi potest. Primo, ut privatur prudentia habituali, & sic potest separari ab imprudentia contrarie, quando aliquis negligit exercere se in legibus, documentis, lectionibus, & assiduationibus oportunitatis; ex quibus tempore suo possit prudenter se habere in occurrentibus, tunc talis est imprudentia privative: & illa privatio nullam habet rationem peccati, nisi ratione negligentiae. Notanter autem dico, quod illa privatio non est peccatum, nisi ratione negligentiae: quia non est hic questio de ipso, qui privatur debita prudentia, an sit imprudens contrarie, sed de ipsa privatione prudentiae, an sit peccatum. Imprudentia contrarie sumpta, an secundum se non est peccatum, nisi ratione annexae negligentiae ipsius, qui privatur. Alio modo potest sumi, ut privatur prudentia actuali, quando oportet &c. sicut si aliquis iudicat non secundum statuta, quando servanda essent, & sic de alijs omissionibus. Et sic duplex est modus dicendi, alter quod prudentia privative est, quando quis non servat quidem regulas prudentiae, sed tamen non refutat eas voluntate directe, sed ex ignorantia, vel passione: imprudentia autem contrarie est, quando quis spernit, aut falce directe non vult uti regulis prudentiae. Et haec opinio fundatur super litera huius articuli, quia in corpore articuli dicitur de imprudentia contrarie quod spernit consilium, quasi contemnit, aut repudiatur. Et in responsione ad primum assertur illud 6. Ethico. Imprudens peccat volens: & secundum hoc imprudentia privative est separabilis ab imprudentia contrarie, ut patet. Sed haec opinio falsa est, & male fundata. Falsa quidem, quia impossibile est deficere a prudentia actuali, quando oportet, nisi denciendo ab actu, vel ab aliqua conditione actus, committendo, vel omitiendo. Constat autem, quod committere absque debito actu consilij, vel iudicij, vel praecipij, aut conditionis alicuius eorum, imprudentia contrarie est: sicut cibum sumere absque temperantiae conditione, intemperantia contrarie est: & uendere, vel emere absque iustitiae conditione, iniustitia contrarie est. par enim est ratio. Omittere autem ad commissio- nis genus, & speciem reduci, ex supra dictis in 1. 2. q. 72. articulo 6. patet. Non velle enim consilij, aut iudicare, vel praecipere, pro tanto peccatum est, pro quanto participat se velle non consilij, vel non iudicare, tum quia velle omittit est primum in genere peccati omissionis, ut pote per se & directe voluntarium: tum quia potens rationale, & debens facere, & non faciens, ab electione determinatur ad non facere, secundum Aristo. doctrinam 9. Metaph. Et propterea voluntaria indirecte dicitur, quando electio determinans implicite tantum intervenit, ut cum quis alius occupatur nihil cogitans de consiliando, iudicando, vel praecipiendo. Volens enim occupari, implicite vult non consilij: ex quo incompossibilia simul sunt occupari, & consilij. Qui enim vult aliquid, cum quo aliud simul esse non potest, ex consequenti vult illo carere, inquit dicitur Tho. 1. 2. q. 71. articulo 5. Male autem fundata est, quia in litera expresse de prudentia contrarie subiungitur, quod sine contemptu, & detrimento necessarium ad salutem esse potest. Et in responsione ad primum comparatio peccati per imprudentiam volendo, ad peccatum per imprudentiam non volendo, conuincit imprudentiam contrarie, de qua est

fermo. ad utrumque modum peccandi se extendit. Ad obiecta autem in opportuno pro parte imprudentiae ut privatur actuali prudentia, peccatum est. Ad primum autem pro parte affirmativa dicitur, ratio ex communi ratione privationis non in se peccatum. Non enim potest hoc contingere, quod homo contra prudentiam agat, nisi diuertens a regulis, quibus ratio prudentie rectificatur. Unde si hoc contingat per auersionem a regulis diuini, est peccatum mortale, puta, cum quis quali cōtemnēs & repudiāns diuina documenta, precipitanter agit. Si vero preter eas agit absque contemptu, & absque detrimento eorum, quae sunt de necessitate salutis, est peccatum veniale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod deformitatem imprudentiae nullus vult, sed actum imprudentiae vult temerarius, qui vult precipitanter agere. Unde & Philosophus dicit in 6. Ethic. quod ille, qui circa imprudentiam peccat volens, minus acceptatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa ratio procedit de imprudentia, secundum quod sumitur negativè. Sciendum tamen quod carentia prudentie, & cuiuslibet virtutis, includitur in carentia originalis iustitiae, quae totam animam perficiebat. Et secundum hoc omnes isti defectus virtutum possunt reduci ad originale peccatum.

AD TERTIUM dicendum, quod per poenitentiam restituitur prudentia infusa, & sic cessat carentia huius prudentie. Non tamen restituitur proprie consistit peccatum imprudentiae. Et dupliciter dicitur. Primo, quod peccatum per unum actum peccatum habuit acquisitum imprudentie, cum negativè acquisitum moralis nec uno actu habet, nec uno. Secundo, quod peccatum imprudentiae per se non est peccatum, cum omne peccatum praeter contrarietatem ad primum horum dicitur, quod habet de peccato rumpi. Vno modo, quia qualitas illa de peccato est esse in aere in absentia luminis. Alio modo, quod est de ratione illius, sine ratione desinit per oblivionem medi. Quoties autem moralis vici non corrumpatur, primo per unum actum, in cuius signum remanet in peccatore, & per se pristinos actus malos, corrumpitur tunc per peccatum tentia. Secundo modo, quoniam virtus est de ratione omnis virtutis, & una moralis, & practica. Prudentia enim, & imprudentia sunt virtutes, quae sunt iustitiae, iustitia autem & malitia electivi.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod peccatum peccatum potest. Primo, secundum suam essentiam, & deinde secundum actum consistit. Est enim dicitur, factum, vel aduersionem, & sic consistit in habitu peccati, vel adulterium, & sic consistit in habitu peccati, non mutat voluntatem de furando in non furando. Et si contra hoc Thomista aliquis memoret dicitur in libro in fine, quia non ab habitu, sed a materia peccati peccator dicitur. Respondetur, quod peccatum hic esse peccatorem, quam ibi. Nam ibi peccatum omnis, cuius peccatum non est de peccato, voluntas sit mutata: hic autem peccatum, ut si voluntas pendet, sumitur. Unde si quis primo peccat

fuisse, & postmodum abstinere à peccatis non charitate, sed amore virtutis moralis, talis esset apud theologum peccator, & habens maculam furci aut mendacij: non tamen esset fur, aut mendax proprie, nec peccator apud philosophum moralem. Nec alienum est à ratione, ut qui philosophiam, theologiamque morales tradidit, nunc theologorum, nunc philosophorum morali more loquamur, inter propostiones dixerit: medium enim vniuersum extremum agit.

prudencia acquisita quantum ad habitum: sed tollitur * habitus contrarius, in quo proprie consistit peccatum imprudentiæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum imprudentia sit speciale peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod imprudentia non sit speciale peccati. Quicumque enim peccat, agit contra rationem rectam, quæ est prudentia: sed imprudentia consistit in hoc, quod aliquis agit contra prudentiam, ut dictum * est: ergo imprudentia non est speciale peccatum.

¶ 2 Præter. Prudentia magis est affinis moralibus actibus, quam scientiæ: sed ignorantia, quæ opponitur scientiæ, ponitur inter generales causas peccati. ergo multo magis imprudentia.

¶ 3 Præter. Peccata contingunt ex hoc, quod virtutum circumstantiæ corrumpuntur. vnde & Dionysius dicit 4. cap. de * diuini nomi. q. malum contingit ex singularibus defectibus: sed multa requiruntur ad prudentiam, sicut ratio, intellectus, docilitas &c. quæ supra posita sunt. ergo multa sunt imprudentiæ species. ergo non est speciale peccatum.

SED CONTRA. Imprudentia contraria est prudentiæ, ut dictum * est: sed prudentia est una virtus specialis. ergo imprudentia est unum vitium speciale.

In art. eiuſdem q. 73. dubium occurrit in corpore art. circallid. Prudentia participat quodam modo in omnib. virtutibus, inquitum est directiua earum. Videtur enim hoc esse falsum, cum nec intellectuales virtutes, nec theologales dirigantur à prudentia. Et de intellectu. alius quidem patet 6. Ethic. De theologalibus autem patet ex eo, quod charitas est forma omnium virtutum, dirigens omnes in finem proprium ipsius charitatis.

¶ Ad hoc dicitur, q. prudentia licet diuersimode, omnium tamen virtutum actus dirigat, cuius ratio in littera tangitur: quia scilicet in omni actu virtutis, oportet actum rationis aliquem ad prudentiam spectantem, puta, consilium, iudicare, vel prouidere, rectum concurrere: sicut in omni actu iuris, defectum alicuius eorum oportet interuenire. Verum quia actus rationis huiusmodi respectu aliquarum virtutum, puta, moralium, & artis, principantur: respectu autem aliquarum, ut intellectualium reliquarum, & theologalium famulantur, & ministrant: ut medicus sanitati, quemadmodum in 6. Ethico. dicitur: idcirco cum excellentia dictarum virtutum fiat, quod diriguntur à prudentia. Manifesta autem est directio omnium quo ad actus exercitium. Prudentis siquidem est discernere non solum quando speculandum est, & utendum hac, vel illa virtute morali, & intellectuali, sed etiam theologica. Non enim semper est actu elicitio mandans Deum, nec semper actuali assensum dandum: sed oportet aliis quandoque intendere actualiter, & quærem ab omni actu virtutis eligere quandoque, dum in corpore hoc peregrinamur. Huiusmodi autem vicissitudines nisi prudentia dispenseret, errabimus sæpe, & multa, ad quæ tenemus, omittimus bona simpliciter, vel tempore debito, cum tempus miseris ordinæ occupabimus oratione, vel eonferio, & tempus audiendi, prouidendi, vigilandi &c. occupabimus contemplatione speculatiua, vel eonferio, & sic de aliis.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli. dubium occurrit, quomodo verificatur quod quando corruptio diuersarum circumstantiarum habet idem motiũ, non diuersificatur species peccati, an scilicet intelligatur de motiũ peccantis, an de motiũ peccati secundum se, an de utroque. Si namque intelligatur de motiũ peccantis, sequeretur, quod cognoscens non suam in Ec-

clesia, non vt in iriam faciat loco sacro, sed ex sola libidine cognoscendi illam ibi oblatam, non esset sacrilegus. Si vero intelligatur de motiũ peccati secundum se, sequeretur quod nulla circumstantia vnquam variaret speciem peccati, quia nulla circumstantia habet rationem motiũ secundum se in peccato. Habere namque rationem motiũ, est esse obiectum, seu finem. Et nisi circumstantia traheret in rone obiecti seu finis, nunquam habet rationem motiũ. Circumstantia autem actus, puta, locus, nunquam transit in obiectum ex parte actus peccati, sed ex parte peccantis, quia illius est circumstantia: istius autem potest esse obiectum. Si autem intelligatur de motiũ ex parte virtutis, sequitur idem quod in primo casu: quia nunc locus non habet rationem obiecti respectu actus, illius secundum se, ut patet: nec habet rationem obiecti ex parte peccantis, quia ex sola libidine mulieris mouetur.

RESPON. Dicendum, quod aliquod vitium, vel peccatum potest dici dupliciter. Vno modo absolute, quia scilicet est generale respectu omnium peccatorum: alio modo, quia est generale respectu quorundam vitiorum, quæ sunt species eius.

Primo autem modo potest dici aliquod vitium generale dupliciter. Vno modo, per essentiam, quia scilicet prædicatur de omnibus peccatis: & hoc modo imprudentia non est generale peccatum, sicut nec prudentia generalis virtus, cum sint circa actus speciales, scilicet, circa ipsos actus rationis. Alio modo per participationem: & hoc modo imprudentia est generale peccatum. Sicut enim prudentia participatur quodammodo in omnibus virtutibus, in quantum est directiua earum: ita & imprudentia in omnibus vitijs, & peccatis. Nullum enim peccatum potest accidere, nisi sit defectus in aliquo actu rationis dirigentis, quod pertinet ad imprudentiam. Si vero dicatur peccatum generale nõ simpliciter, sed secundum aliquod genus, quia scilicet tenet sub se multas species, sic imprudentia est generale peccatum: continet enim sub se diuersas species tripliciter. Vno quidem modo, per oppositum ad diuersas partes subiectiua prudentiæ. Sicut enim distinguitur prudentia in monasticam, quæ est regitiua vnus, & in alias species prudentiæ, quæ sunt multitudinis regitiuæ, vt supra habitum * est: ita

Ad hoc dicitur, q. licet prima facie videatur littera loqui de motiũ peccatis, quoniam exempla dat de huiusmodi motiũ, dum dicit, vt faceret iniuriam loco sacro, secum dum veritate tamen loquitur de motiũ vniuersaliter, quocumque scilicet modo contingat esse motiũ: ita quod sensus est, quod quando est vnũ solum motiũ, tunc omnium circumstantiarum, scilicet quando, ubi, cur, quid &c. corruptio, vnus est speciei. Quando vero plura sunt motiũ finis ex parte peccantis. ut cum quis fornicatur, vt furetur, siue ex parte nature ipsius circumstantiæ, quæ nata est habere proprium motiũ in aliqua materia, ut patet de speciebus gula secundum circumstantias assignatas in 1. 2. q. 72. artic. 9. vbi hæc doctrina fundatur, distinctio apponitur specifi- ca, & in hoc non est difficultas: sed consistit difficultas in discernendo, quando circumstantia habet proprium motiũ, & quando non habet aliud motiũ quam motiũ actus. Si quis namque diligenter consideret circumstantiam, Quid, animaduertet, quod non sufficit ad hoc, quod circumstantia habeat speciale motiũ, illam secundum se opponi alteri virtuti, sed exigitur, quod sit directe intenta. Constat enim quod quando quis inducit mulierem ad contentum fornicationis, circumstantiam, Quid, esse ruinam animæ illius mulieris, & tale malum secundum se opponi bono correctionis fraternæ, & pertinere ad scandalum vitium. Et tamen actus requisitus, & inductiuus mulieris, ad fornicationis copulam est in specie fornicationis tantum, nec trahitur ad speciem etiam scandalum, ad quam traheretur, si malum peccati mulieris esset directe intentum. Ex hac eadem radice apparet, quod non sufficit etiam consequi ad principale intentum ex natura actus. Ruina namque mulieris ex natura actus requirentis, & stimulantis eam ad fornicandum, nata est sequi. Et tamen quia fornicatio non intendit, nisi suæ satisfacere voluptati, huiusmodi malum non habet rationem motiũ, & consequenter nec circumstantiæ ad suam speciem trahentis. Et ex hoc apparet, q. cum sit eadem de omnibus circum-

Ad hoc dicitur, q. licet prima facie videatur littera loqui de motiũ peccatis, quoniam exempla dat de huiusmodi motiũ, dum dicit, vt faceret iniuriam loco sacro, secum dum veritate tamen loquitur de motiũ vniuersaliter, quocumque scilicet modo contingat esse motiũ: ita quod sensus est, quod quando est vnũ solum motiũ, tunc omnium circumstantiarum, scilicet quando, ubi, cur, quid &c. corruptio, vnus est speciei. Quando vero plura sunt motiũ finis ex parte peccantis. ut cum quis fornicatur, vt furetur, siue ex parte nature ipsius circumstantiæ, quæ nata est habere proprium motiũ in aliqua materia, ut patet de speciebus gula secundum circumstantias assignatas in 1. 2. q. 72. artic. 9. vbi hæc doctrina fundatur, distinctio apponitur specifi- ca, & in hoc non est difficultas: sed consistit difficultas in discernendo, quando circumstantia habet proprium motiũ, & quando non habet aliud motiũ quam motiũ actus. Si quis namque diligenter consideret circumstantiam, Quid, animaduertet, quod non sufficit ad hoc, quod circumstantia habeat speciale motiũ, illam secundum se opponi alteri virtuti, sed exigitur, quod sit directe intenta. Constat enim quod quando quis inducit mulierem ad contentum fornicationis, circumstantiam, Quid, esse ruinam animæ illius mulieris, & tale malum secundum se opponi bono correctionis fraternæ, & pertinere ad scandalum vitium. Et tamen actus requisitus, & inductiuus mulieris, ad fornicationis copulam est in specie fornicationis tantum, nec trahitur ad speciem etiam scandalum, ad quam traheretur, si malum peccati mulieris esset directe intentum. Ex hac eadem radice apparet, quod non sufficit etiam consequi ad principale intentum ex natura actus. Ruina namque mulieris ex natura actus requirentis, & stimulantis eam ad fornicandum, nata est sequi. Et tamen quia fornicatio non intendit, nisi suæ satisfacere voluptati, huiusmodi malum non habet rationem motiũ, & consequenter nec circumstantiæ ad suam speciem trahentis. Et ex hoc apparet, q. cum sit eadem de omnibus circum-

q. 48. & 50. art. 1.

q. 72. artic. 9.

q. 72. artic. 9.